1205 Philipp wird zu Aachen nochmals gewählt und gekrönt. Er stärkt seine Macht durch Verlobung seiner Töchter mit den Söhnen des Böhmenkönigs und Heinrichs von Brabant.

1206 Köln, Ottos letztes Bollwerk, unterworfen. Philipp unterhandelt mit Innocenz.

1207 Philipp wird vom Banne gelöst; die päpstliche Vermittelung scheitert an Ottos Widerspruch, der mit englischer und dänischer Hülfe aufs neue zum Widerstand rüstet.

---

süchtigen Motiven auf die Seite des rechtmäſsigen Königs. Arnold Lub. VI, 6: Palatinus sane qui partes fratris instanter iuvabat, continuas minas a Philippo audiebat, quod dignitatem palatii quam circa Renum habebat, perderet, nisi a fratre recederet. — Durum ergo visum est a palatino, utrobique dispendium pati, in fratris servitio sua expendere et, neglecto Philippo, palatii dignitatem perdere. Er verlangte daher von seinem Bruder als Entschädigung die Stadt Braunschweig und die Burg Lichtenberg bei Goslar. Als Otto dies verweigerte, relicto fatre — ad Philippum transiit et Otto Brunesvich rediit. Ebd. VI, 8: Post haec Philippus rex expeditionem secundam in Thuringiam ordinavit et obsidione maxima vallavit civitatem Wiscense (Weissensee) — Venit tamen — Boemus, auxilium amico laturus. Qui cum esset circa Horlemunde (Orlamünde), intelligens virtutem Philippi expavit et qualiter evaderet, animo tractare coepit. Contulit tamen dolose cum Conrado marchione Landesbergensi, qualiter ad gratiam regis ipso mediante venire potuisset. — Cum igitur marcravius ad castra remeasset, ilico Boemus relictis omnibus suis cum castris — fugam iniit. Quem cum 400 viris palatinus Otto de Witilisbach persecutus est usque ad silvam quae Boemerwald dicitur (Chron. Ursp.: Boemi de viribus adversariorum territi, relinquentes castra sua nocte fugerunt). Quod videns lantgravius magis timuit et nullum videns subterfugium, nulla prorsus conditione interposita, ad pedes Philippi supplex venit (17. Sept. zu Ichtershausen). Qui cum diutius in terra iaceret, et cum rex de perfidia et stultitia nimis argueret, tandem circumstantium alloquiis admonitus eum a terra levavit et in osculo recepit. Chron. Ursp.: lantgravius multotiens decepit Philippum, dolose ipsum circumveniens et rursum rebellans. — Tunc cernens lantgr. se viribus destitutum, venit ad pedes Philippi et se in potestatem ipsius tradidit — quem Philippus puro corde, sicut erat benignissimus, recepit; et ille post hoc non impugnavit eum manifeste (!). Bald darauf unterwarf sich auch Ottokar von Böhmen. Chron. reg. Col. p. 219: Coloniensis — ad Philippum cum duce Lovaniae — Confluentiam venit et ei iuramentum fidelitatis cum duce ibidem fecit. (11. Nov.) Ibi etiam Ph. rex — celebrem curiam
1205 omnibus principibus in epiph. Dom. (6. Jan. 1205) Aquisgrani indicit, et Coloniensis eum ibi in regem consecrari et ungi promittit. — Ph. igitur rex — cum universis paene principibus regni Aquisgrani venit — Ibi rex — ut principes suam liberam electionem secundum antiquitatis institutum non perdant, regium nomen et coronam deponit et ut concorditer ab omnibus eligatur precatur. Quod et factum est ibidem —, ab omnibus eligitur et a Col. archiep. cum Maria (Irene, s. zu 1196), uxore sua, ungitur et consecratur. Chron. Ursp. p. 80: Insuper quia cives Colonienses — adhaerebant Ottoni — in iniuriam quoque Philippi deposuit (der päpstl. Legat) Adolfum episc., pro eo quod Philippum coronaverat. — Ipse quippe rex medio tempore de praefata uxore sua genuerat 4 filias, quarum unam desponsavit filio regis Boemorum, alteram filio ducis Brabanziae: propter quod confortatus est in regno, paucis in Saxonia et inferioribus partibus cum civibus tantum Coloniensibus faventibus adhuc Ottoni. Gleichwol gab Otto den Widerstand nicht auf und brachte sogar die kaiserliche Stadt Goslar in seine Gewalt. Erst als im August 1206 Otto durch Philipp bei Wasserberg eine entscheidende Niederlage erlitten, unterwarf sich Köln.

1206 Chron. reg. Col. p. 224: Colonienses vero considerantes sibi totum imperium adversari et ubique suos conatus frustrari, consilio et auxilio ducis Brabantiae et ceterorum nobilium terrae, Philippum regem Bobardiae (Boppard) adierunt et ibidem ei reconciliati gratiam eius meruerunt. Qui etiam postea, — fidelitatis ab eis iuramentum exigit. (Vgl. Mon. Leg. II, 209). Per idem tempus Otto rex de Colonia exiens Bruneswich venit, ibique rebus suis ordinatis per mare navigio Angliam intravit. Ubi a rege Angliae — cum magno honore suscipitur et per aliquod tempus detinetur, et postea dimissus ab eodem accepta magna pecunia revertitur. Auch von dem Dänenkönig Waldemar erlangte er Beistand (s. u.). — Dieser Umschwung der Dinge vermochte zuletzt auch den Papst, welchem Philipp abermals die Hand zum Frieden gereicht hatte (vgl. das durch Mäſsigung und Wahrhaftigkeit ausgezeichnete Schreiben des Königs vom Juli 1206, Mon. Leg. II, 210. Oben zu 1198), zur Nachgiebigkeit.

1207 Otto S. Blas. c. 48: Verumtamen procedente tempore videns vires Ottonis ablatas, et favore principum admodum concidisse, Philippum vero subiectis Ottonis fautoribus praevaluisse — duos cardinales — ad eum direxit (Sommer 1207; auf der Reichsversammlung zu Worms erfolgte Anf. August die Lösung vom Banne), ut auctoritate apostolica ad litem terminandam lata ab utrisque pace, ad diem et locum condictum reges convenirent ibique mediantibus cardinalibus aliisque principibus qualicunque conditione pax inter eos reformaretur. Itaque die condicta (bei Quedlinburg Sept. 1207, Otto gibt irrig Köln an) — convenientes, post multa passim tractata Ottoni a Philippo per cardinales offertur, ut accepta in uxorem filia eius cum ducatu Alamanniae aliorumque praediorum suorum reditibus, regio nomine deposito ipsi de cetero ut regi pareret — Ad haec Otto — se regnum non nisi morte depositurum protestatus, Philippo ut sibi cederet multo maiora obtulit. Talique ambitione non convenientes, infecto negotio ab utroque discessum est (nachdem wenigstens ein Waffenstillstand erzielt war), cardinalibus ad regem Ph. se conferentibus